



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Thesavrvs Casvvm Conscientiæ**

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisqve  
Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

**Sayer, Gregory**

**Venetiis, 1627**

vijj. De duratione suspensionis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13883**

Hic autem interdictus. Henriquez lib. 13. de excommun. & susp. c. 32. §. 2. Quod intelligitur, nisi penituerit inter ea, ut habet tex. c. is cui. si enim penituerit, poterit intra eam sepeliri, vbi lo. Andt. Franc. Coita. & DD. communiter do cent, & eos secutus Couar, vbi supra, posse in articulo mortis interdictum hoc remitti a quoque Sacerdote, arg. c. fin. de sepult. & sufficere quod quis decesserit cum signis contritionis, & penitentie, ut non obstante interdicto sepeliri possit in Ecclesia, absque alia solemni interdicti reuocatione, aut relaxatione: quamvis ut Ioan. Andr. & Steph. Costa in d. c. is cui, notant, etiam signa contritionis post mortem apparerent, requiritur tamen sententia huius absolutionis post mortem, arg. c. A nobis, 2. de sent. excomm. Nota tamen, quod si taliter suspensus etiam impenitens in Ecclesia sepeliretur, Ecclesia tamen non propterea poluitur, ut sao loco dicetur. Et de varijs modis suspensionis hactenus dictum sit.

### De duratione Suspensionis. Cap. VIII.

S V M M A R I V M.

- 1 Suspensionis modi varij sunt, & quinam, & quo feruntur.
- 2 Suspensi per mensem lata eodem die, & momento incipit quo feruntur.
- 3 Annus, mensis, & hebdomada quo tempore ordinario inchoari soleant.
- 4 Mensis, si capio iam mense, quis per mensem suspendatur, qualiter numerari debet.
- 5 Annus, a signato die quo lata est sententia numeratur, ubi quis per annum suspensus sit.
- 6 Suspensi per duos, aut tres menses, & illis nondum elapsis in aliam suspensionem duorum, vel trium mensium incidentis, quamdui suspensus censetur.
- 7 Suspensi per annum, aut mensem, si eo tempore interueniat bissextilus dies, an ille dies etiam tanquam distinctus computandus sit.
- 8 Annus bissextilus quare sic appellatus.
- 9 In bissexto biduum, quasi pro uno die computatur.
- 10 Temporis numeratio duobus modis fieri potest secundum iurisperitos, & quinam illi sint.
- 11 Dies bissextilis aliter in materia fauoribili, quam iniodiosa, an computandus.
- 12 Dies bissextilis semper pro die distinctio computari debet.
- 13 Suspension ad certum & determinatum tempus lata, elapsu tempore cessat.
- 14 Suspension [donec quis satisfaciat] lata, facta satisfactione statim cessat, nec aliam requirit absolutionem, sed solam iudicis declarationem.
- 15 Suspension [donec satisfaciat] post factam satisfactionem ante iudicis declarationem celebrans non est irregularis.
- 16 Suspension [donec peniteat] vera censura est, & transgressoris irregularitatem inducit.
- 17 Suspension ad indeterminatum tempus lata tamdiu durat quamdui suspendenti placuerit.
- 18 Suspension simpliciter absque villa temporis mentione lata, tamdiu durat, quoisque ab habente facultatem relatur.
  
- 1 **Q**uemadmodum in superioribus dictum est, suspensionis varijs modis ferri potest; ita etiam in ordine ad temporis, tum a iure, tum ab homine, his præsentim quinque modis fieri consuevit.
- Primo quidem ad aliquod certum, & determinatum

tempus; ut exempli gratia, per mensem, ut in c. facio, ob sententia excommunicatio per duos, aut tres menses, ca. 1. de Cl. venatore, & c. præterea, de Cleric. percusso. Per sex menses, Clem. 2. de vita, & honest. Cler. & Extrav. Cum ad sanctos, crocianæ, §. ceterum, de sententia excommunicatio. Per duos annos, capit. Præsentium, de clericis percussi & Clement. 1. si quis autem de statu monach. Per tres annos ca. 2. §. anno tractus, de reb. Eccles. non alien. lib. 6. Clem. 1. §. penitus de hæret. Clem. 2. de penis & capit. cum in cunctis, §. finali de elect.

**S**ecundo feruntur ad tempus aliquod indeterminatum, pendens ex voluntate ipsius suspensi, vñque ad aliquum actum faciendum ab ipso suspensi, ut quoque penitus arg. cap. Obis, de elect. quoique fauficiat, cap. exig. de censib. lib. 6. quoque ordinetur, arg. Clem. Ut ij. qui de ætat, & qualit,

**T**ertio feruntur ad tempus indeterminatum pendens ex voluntate alterius, ut proprij Episcopi qualis suspensi habetur in Conc. Trident. sess. 23. de reform. c. 8. & etiam in c. tam literis, de testib. & in cap. dilectus, de temp. ordinis, vbi ad arbitrium Papæ feruntur suspensi sub hac forma. *D*onec mereatur indulgentiam, seu gratiam nostram obtinere, vel *D*onec de illo aliter disponuerimus, ut in cap. literas, de temp. ordinis, vel quoque indulgentiam valeat promovere, ut in c. Nihil. de elect.

**Q**uarto feruntur simpliciter absque villa temporis fach mentione, cap. 2. de solutione, & cap. 2. de officiis. judicis de elect. lib. 6.

**Q**uinto feruntur cum exclusione temporis, ut quando fertur in perpetuum, seu quod idem est, sine spe venir, aut suspensionis, ut in c. 1. §. fina. de elect. lib. 6. & c. 1. de temp. ordinis, lib. 6. de quibus omnibus in sequentibus breviter agendum est.

**Q**uo ad primum, si suspensi feratur per mensem, id menies, quamvis nonnulli, quod tempus quo incipiente beret suspensi, dubitunt, existimantes non incipiente die quo lata est, sed consequenti proxime, se quod dies sumini non numeratur in termino, argum. cap. 1. & ibi glo. in verbo proponitur, de restitu. spoliat. libro 6. & Iason 1. 1. num. 20. ff. si quis cau. Communiior tamen & recepta sententia est, eodem die & momento incipere, quo lata est, argum. eorum, quæ habentur in cap. Anteriorum, & ibi glo. in verbo dierum, & verbo annum continuum, & a dicit ibi, de elect. lib. 6. & glo. in cap. 1. in verbo proponitur, in fine, de restitu. spoliat. & facit cap. statutum, de pug. lib. 6. & cap. Biduum, 2. quæstio. 6. & cap. cupientes, §. conrum, vers. Ex tunc inchoandum, de elect. lib. 6. Bald. in 1. ff. si quis cau. Vgolin. Tab. 4. cap. 15. num. 2. cum securato est: quod censura Ecclesiastica secum executionem ferit, ut haberetur in cap. pastoralis, §. verum, de appell. & prædicto suspensi, quæ censura Ecclesiastica est, statim obligabit. Unde, quod initio dictum est, solum locum habebunt, quæ secum executionem non trahunt.

**P**ari ratione de mense, & anno dicendum est, vbi tantum annotandum est, quod licet annus ordinario tempore inchoari soleat Kalendis Januarij, & Mësis primo eiusdem mensis die; hebdomada vero die Domini o: Quia tamen necessarium sapientis est, ut alio tempore haec omnia inchoari debeant, ut exempli gratia, si quis anno, aut mense capi delictum commisit, ob quod per annum, aut mensem, ab homine, vel a iure suspenderatur, non statim, ac Index, & a voluit, hic suspenderetur, si initium anni, vel mensis certarij expectara essent, ideo factum est, ut & annus, & mensis, & hebdomada in huiusmodi casibus quoque temporis momento inchoantur, ex Bald. in 1. de diuinitate, num. 1. & Alex. num. 2. & Iason num. 7. ff. solut. maxima, qui annus, mësis, atque hebdomada, eo quod, ut res emergens postulat, extra ordinario tempore inchoantur, emergens annus, mensis, & hebdomada nominantur, ut per alios Vgol. Tab. 4. c. 15. §. 3. tradidit.

**D**ifferentium tam inter se DD. qualiter numerari debet, si capito iam mense quis in censuram incidat, & quot dies pro mense computari debeant. In qua re alijs tringinta & unum dies; alijs viginti & octo dies, pro mense

se quilibet numerari volunt, quorum auctores numerantur a Baldio, in I.eos, §. si autem, num. 9. de appellat, & Philip. Franc. in cap. Quam sit, §. electus, & Gemin. ibi, num. 2. & glo. ibidem, in verbo, Mensem, & Addit. ibi, de elect. libro 6. Ceterum, his omissis, communis sit, & receptior opinio est, quod in huiusmodi casibus computari debeat mensis ex communi opinione, & populari modo computandi, scilicet a die signato illius mensis in quo lata est suspensio, ut verbi gratia, a primo, secundo, vel tertio, usque ad eundem in ordine diem mensis sequentem. Hinc sit, ut mensis iste aliquando maior sit, aliquando minor, ita glos. in cap. Quam sit, in verbo Mensem, & Ioann. Monach. num. 5. & Ioan. Andr. de elect. lib. 6. Gail. de monte Laudino, in Extravag. Suscepti regimini, num. 31. Ne Sede vacante. Alexand. lib. 3. consil. 42. num. 13. & lib. 5. consil. 114. num. 4. Vgolin. Tab. 4. cap. 15. §. 3. si ergo exempli gratia, decimo Maij die per mensem quis suspensus est, decimo Iunij die suspensio hac terminabitur, qui tam vltimus dies completus esse debet, nec sufficit, quod incepit sit, ex Vgolin. vbi supra, §. post Dyn. Rayn. Bald. Petr. Cyn. & Alexand. quos referit, & sequitur Iason. in I. si cui legetur, 13 ff. de leg. 1. & Archid. in cap. si annum, de iudic. li. 6. De hac re legi possunt, quae tradit Nau. tom. 1. consil. consil. 6. de aeta, & qual. ordin. & latius consil. 18. de praben.

*Idem* dicendum est de computatione anni, ut numeretur a signo die mensis huius anni in quo lata est sententia, usque ad eundem in ordine diem eiusdem mensis anni sequentis.

*Dubium* tamen est, An si quis per duos, aut tres menses suspensus sit, & illis nondū elapsis incidat in aliam suspensionem duorum, vel trium mensium, aut maioris, vel minoris temporis, quando huius secundæ suspensionis tempus cuncte incipiat? In hac re nonnulli quos refert Zabar. in Cem. 2. de Magistr. existimant suspensionem secundam non incipere statim post commissum delictum, sed tunc, cum suspensionis prime tempus clapsum sit, ut sic, iterato delicto etiam pena iteretur, arg. 1. Quidamque, C. de seru. fugit, & quia alias vnum ex delictis aliquando non patreuit, maximè si prima suspensiō hodie, & secunda die sequenter inciperet, cum tamen delicta multa esse non debant, arg. 1. de penis, iunct. gl. & l. ita vulneratus, ff. ad leg. Aquil.

*Communis*\* tamen sententia est, ut ait glos. in Clement. 2. in verbo sequentes, de Magistr. & Zabar. ibidem, in verbo, Si quis, num. 2. vers. Secundo queror, & Imola ibi, num. 13. posterioris suspensionis tempus statim post commissum delictum incipere facit, d. l. ita vulneratus, ff. ad leg. Aquil. & l. Senatus, in fine, ff. ad Turpil. & Ioan. Andr. quod refert, & cum distinctione sequitur Panormitanus in cap. cum in cunctis, §. fina. num. 7. de elect. in prima parte distinctionis, & Vgolin. Tab. 4. cap. 15. §. 2. Ratio est, quia nisi is, qui censuram fert, explicit nolle se, ut tempus secundæ suspensionis curat, durante tempore suspensionis primæ, (in quo casu certum est tempus posterioris, non nisi finito tempore primæ suspensionis currere, cum hoc a suspendentis voluntate dependeat), arg. cap. cum voluntate, de sentent. communis & l. non omnis, ff. si cert. petat, in quo casu vera est prima opinio, eo ipso, quod censura omnis secum executionem trahat, ut dicitur in cap. pastoralis, §. verum, de appellat, suspensiō hæc secunda, statim post secundam transgressionem inchoatur. Nec hoc mirum esse debet; quodquidem, eodem tempore, eadem censura, sive excommunicationis, sive suspensionis, aut interdicti quis ligatus poterit, & ita sicut delictum, sive quoque pena iteratur, quæ suspensiō secunda facit, ut licet postea a priori suspensione absoluatur, adhuc tamen secunda constituitur, arg. c. cum pro causa, de sent. excom.

*Dificultas* maior est inter DD. An si quis per annum, aut mensem suspensus sit, & eo tempore interueniat bissexus, dies illi intercalaris in suspensione numerari debeat, tanquam dies distinctus nec ne? & consequenter an suspensionis celebrare possit in die finis anni, quando suspensionis est per annum, aut in illo die intercalati, quando suspensionis est per mensem, & dies illi vltimus est mensis, pro quo re breviter annotandum est ex glos. in ca. Quæsi-

uit, in verbo, Qui duo, de verb. signific. Sylvestr. & Taberna, in verbo, Bissexus. Dur. Ration. diuinor. offic. lib. 8. c. 3. & alijs, annum esse spatium, quo Sol suum cursum conficit, quem 365. diebus, & sex fere horis peragit, & dicitur ferē, proprii quædam momenta, quæ adduntur ad ipsas sex horas; Quæ sex horæ de quarto in quartum annum, sine computatione aliqua referuantur, & faciunt in quatuor annis ultra prefatum numerū 365. dierum 24. horas, quæ coadunatae faciunt vnum diem naturalem, qui superabundat omni quarto anno, qui dies dicitur dies intercalatis, seu bissextilis; Intercalaris quidem, quia interseritur, seu intercalatur illi mensi, scilicet mensi Februario tanquam breviori post dies 23. Bissextilis autem, eo quod bis sedetur & statut in una litera Calendarij, hoc est, bis pronunciamus illo anno sexto Calend. Martij, vbi interponitur ille dies, scilicet in 24. Februario. His ita prænotatis, inter DD. controvenerit, an dies iste intercalaris in suspensione numerari debeat, tanquam dies distinctus, nec ne, ita, ut licet eo die celebrare, nec ne, in qua re variæ sunt DD. opinions.

Prima est glo. in cap. 2. in verbo Anno, distinctus, 55. & in cap. Quæsiuit, §. fin. in verbo, Qui duo, de verb. signific. distinctis, annum in huiusmodi rebus, semper computandum esse numero 365. dierum, & consequenter in bissexto licet celebrari posse vltimo die anni, vel mensis. Quod probat primo a simili: Quia libertas promissa seruienti per annum acquiritur hoc ipso quod quis seruit per dies 365. ut habetur in I. cum hæres, §. Stichus si hæredi, ff. de statu liber. Secundo probat ratione; quia saltum in penis non est facienda ampla interpretatio, arg. c. pena, de penis, distinctus, 1. & c. odia, & cap. in penis, de reg. iur. lib. 6. Suspensione vero pena est, non ergo computare debemus annum, ut continet vnum diem amplius. Contra hanc tamen videtur esse textus d. ca. Quæsiuit, §. fina, de verb. signific. vbi simpliciter dicitur, in bissexto biduum, quasi pro uno die reputari, & in I. cum bissexus, ff. cod. & in I. 3. ff. de minorib. §. minorem, vbi dicitur, diem intercalarem cum præcedenti numerari.

Secunda est glossa juris civilis, in I. 2. ff. de diuersis, & temporal. præscript. & Hugonis, quæ etiam placet ibi Batt. & in d. l. cum bissexus, ff. de verb. signific. vt refert Panormitanus in cap. Quæsiuit, num. 4. de verb. signific. dicendum numerationem temporis fieri posse duebus modis, uno modo per species ipsius temporis, ita scilicet, vt terminus statuatur per numerum annorum, vel mensium, v. g. per annum biennium, per duos, aut tres menses; & sic dicunt diem intercalarem una cum die præcedenti quasi pro uno die computari, nec esse diem distinctum, si bissexus tunc accidat, vnde totus annus vel mensis bissextilis completi debet, ut quis a suspensione absoluatur, & celebrare possit; Alio modo per individua temporis, ita scilicet vt terminus statuatur per numerum dierum, v. g. suspendo te per decem, aut viginti dies; & sic dies intercalaris computatur, vt dies distinctus a præcedenti, quia vere dies ille est dies distinctus, sicut quilibet aliis dies anni, vel mensis; Vnde si vel decem, vel viginti dies abierint, vere absolu-

tus

## ADDITIO.

\* Add. Notabilis est hæc decisio, & quæ saepe in praxi sollet evenire; & ideo semper est memoria commendanda. Hujus autem questioni affinis est & alia, de qua Suar. to. 5. disput. 29. sect. p. vers. Sexta dubitatio: nempe quid dicendum, si quis reus non seruaret tempus integrum suspensionis, a iure assignatum ob culpam, ex qua iam fuit damnatus, sed illa tantum per aliquot menses seruata, impatiens illius penitentia violat eam suspensionem, ministrandio ut prius in ordine teneatur item inchoatur illam tanquam si nunquam ipsam ante seruaslet; & dicendum est negatiue: pro quo & facit ratio illa communis, quod in odiois non solet fieri cumulatio temporis, vel quantitatrum de qua re Ant. Nald. in Quest. Pract. verbo, Tempus, in princ. & verbo, Quantitas, iudem in princ.

tus est a suspensione, etiam si dies bissextilis non est flu-

xerit.

**11** *Tertia est Panorm. in d. cap. Quæsiuit, num. 4. de verb. si-*  
*gnific. dicentis; Quod aut terminus statutor per nume-*  
*rum dierum, puta, quod feriat, vel iter suspensus per qua-*  
*draginta dies, & tunc tam in favorabilibus, quam in odio*  
*sis dies bissextilis pro distinto die præcedenti computa-*  
*tur, ut dixit glossa in secunda parte diuisionis suæ, ut vide-*  
*tur colligi ex l. 2. ff. de diuersis, & temporal. præscript. Aut*  
*terminus statutor per numerum annorum, aut mensium*  
*& tunc distingendum est inter materias odiofas, & fa-*  
*vorabiles, ut in odiofis dies intercalaris numeretur tan-*  
*quam distictus a præcedenti, sicut verè est dies distinc-*  
*tus, quo modo locum habebit in ista materia suspensionis,*  
*qua est penalis, & in materia feriutis, de qua in d. 1.*  
*cum heret. §. Stichus, ff. de statu liber. & notat glo. in cap.*  
*si propter, in verbo, primi anni, de Recip. lib. 6. & licet*  
*Bart. in expositione illius legis velit legem illam non loqui*  
*de anno bissextili, sed de anno communio, ut tamè Panor.*  
*vbi supra notauit, hoc gratis dicitur a Bart. & diuina videtur,*  
*qua lex illa simpliciter & absoluente loquitur, & cō-*  
*sequenter vniuersaliter determinat annum 365. diebus in*  
*feriutis. In materia verò favorabili diem bissextilem cū*  
*præcedenti quasi vnum cum eo numerandum esse putat,*  
*arg. l. 3. ff. de minorib. §. minorem, & cum eo consentiunt*  
*Sylva & Tabiena, verbo Bissexus.*

**12** *In hac igitur questione simpliciter dicendum puto, si-*  
*ue statutor terminus per numerum annorum, & mensium;*  
*sive per numerum dierum, dies intercalaris nō com-*  
*putandus erit tanquam unus dies cum præcedenti, sed nu-*  
*merandus erit pro die disticto, quandoquidem dies ille*  
*est verus dies, sicut quilibet aliis dies anni, & mensis, &*  
*hoc ratione illa, qua vitur gl. vbi supra, qua cum suspen-*  
*sio sit pena, restringi potius, quam ampliari debet, arg. ca.*  
*pene, de penit. distinc. 1. & capit. odia. & cap. in penit., de*  
*reg. iur. lib. 6. vnde suspensus per annum, elapsis 365. die-*  
*bis, aut per mensem Februarij, elapsis 28. diebus statim*  
*sine peccato, aut irregularitate nota celebrare possit, etra-*  
*si bissextilis, seu intercalaris ille dies adhuc supersit, cu dies*  
*ille verè dies sit 366. anni, & 29. mensis; & sic expresse do-*  
*cent glo in d. c. 2. dist. 55. & d. cap. Quæsiuit, vbi supra, &*  
*consentit Panorm. in materia odiofa, quos sequuntur Syl-*  
*vest. & Tabiena vbi supra, & idem Sylvester in verbo, suspen-*  
*sio, quæst. 5. in fine, & expresse in hac materia irregu-*  
*laritatis id docet Angelica, in verbo Bissexus. Henriquez*  
*lib. 13. de excommunic. & suspensi. cap. 35. §. 2. Vgolin. de*  
*censur. Eccles. Tab. 4. cap. 15. §. 1. num. 3. & Bern. quem ip-*  
*se Astenis in Summa, par. 2. lib. 7. tit. 16. art. 1. quæst. 17. re-*  
*ferti & sequitur. & glo. in d. cap. Quæsiuit. Quoad loca ve-*  
*rò citata, in quibus dicitur duos dies pro uno computari,*  
*intelligi debent, quantum ad terminum numerationis*  
*anni, seu mensis, ut annus anno, & mensis mensi conne-*  
*ctatur, eo quod dies ille intercalaris est pars anni, vel men-*  
*sis præcedens, & cuncto modo numerari potest cum anno,*  
*vel mense futuro. Similiter responderi potest, iura illa lo-*  
*cum habere quantum ad iudicia, non autem quantum ad*  
*cursum Solis, aut Lunæ, cum verè facta sit vna circulatio*  
*Solis, aut Lunæ; sicut etiam certum est, iura illa non habe-*  
*re locum quantum ad contractus, ut constat expresse in l.*  
*2. ff. de diuersis, & temporal. præscript. Et denique dicen-*  
*dum est non habere locum in penalibus, ut ex dictis ma-*  
*nifestum est.*

**13** *Vlmo, circa hunc primum suspendendi modum anno*  
*tandem est, suspensionem istam, ne momento quidem te-*  
*poris durate post lapsum temporis constituti, sed eo ipso*  
*quod elapsum est tempus, cessare, ex glo. in Clem. 1. in ver-*  
*bo Donec, de Decimis, & Innoc. in ca. cum bonis, de ætat.*  
*& qualit. ordin. Corona Confess. tit. de Suspensione, num.*  
*8. & Iacobus de Graffis, lib. 4. decis. cap. 25. num. 14. & Al-*  
*phonso Visualdo, tit. de Susp. num. 180. ante lapsum au-*  
*tem istius temporis, si lata sit a iure, non potest tolli, nisi a*  
*Summo Pontifice, eo quod diminuere tempus est in iure*  
*dispensare, ut latius infra dicemus, cum de absolutione su-*  
*spensionis agetur. Si verò lata sit ab homine, poterit ante*  
*lapsum temporis tolli ab eo, a quo posita est communiter,*

vel a superiori, aut ab eo, qui succedit in dignitate eius, sed

enim reputatur eadem persona ex Nauar. in Manual. capi-

tul. 27. numer. 162. vers. Septimo dico. & Henriquez lib.

13. de excommunic. & susp. capitol. 35. §. 2. de qua re iusta-

gemus,

**14** *Circa secundum modum suspendendi notandum est,*  
*suspensionem illam, que fit, donec satisfacta, esti facta si*  
*satisfactione statim ceserit, nec aliam requirat absolutionem*  
*ut suo loco dicemus, declarationem tamen iudicis super*  
*satisfactione facta requirit. sic glo. in Clem. 1. in verbo, de*  
*nec, de decimis. Gemin. in capit. 2. in fine, de censib. lib. 2.*  
*Ripa, in cap. 1. num. 25. vers. sed tenenda, de iudic. Tabie-*  
*na, verbo irregularitas, 4. in princip. Corona Confess. lib.*  
*supra, & Iacobus de Graffis loco proximè citato Vgol. Tab.*  
*4. cap. 4. §. 2. num. 5. maximè, vbi suspensus denunciatur*  
*fuerit; Quæ declaratio ad hoc inferitur, vñm ne sanctifi-*  
*cetur populus, si celebrantem, & diuinam facientem videtur,*  
*vt tueri se possit contra aduersarium, si suspensionem ei obijceret, & ad hoc facit cap. 2. de purgat. Canon. &c.*

**15** *presbiter si a plebe 2. quæst. 5. Quidam ad potest ex Pe-*  
*no, in cap. 1. num. 5. & 7. de iudic. etiam si huic modi fuisse*  
*celebraret ante declarationem iudicis, post factam am-*  
*men debitam satisfactionem, non efficiunt regularem, qua*  
*suspensiio hoc ipso tollitur, quod satisfactio facta suæ in*  
*dicis declaratio ad tollendam suspensionem non requi-*  
*ret, sed solum ut de satisfactione facta publicè confiteat*  
*idem cum Felino tradit. Dominicus ab codice relatus, qui*  
*etiam sequitur Vgol. vbi supra, Tab. 4. c. 4. §. 2. nu. 4. quæ*  
*quid Sylvestre loco infatuus citando, & Tabiena, cit. talen-*  
*irregulari esse dicant.*

**16** *Dubium tamen est in hoc secundo modo, de illa suspen-*  
*sione; Donec peniteat. An ista suspensiio sit vera censuræ*  
*Ecclesiastica, & que irregularitatem transgressor inducit,*  
*an solum sit suspensiio iuris diuini, qua existens in peccato*  
*mortalis a celebratione prohibetur? Prima opinio est Sy-*  
*lestri, in verbo irregularitatis, quæst. 27. Tabiena, verbo irregu-*  
*laritatis 4. in princip. & num. 5. vers. Quarto. Simonis*  
*Maioli, lib. 3. de iur. reg. cap. 19. num. 16. vers. Quinta de di-*  
*ratio post Specul. in tira de dispensat. §. iuxta, vers. nem*  
*quando dicitur, & vers. in suspensiis autem distinguuntur.*  
*Alphonsi Visualdi, in suo Candelabro aureo, tit. de suspen-*  
*sione, num. 160. dicentium hanc esse suspensionem solum*  
*iuris diuini, vnde non efficiunt quis contraveniendo irregu-*  
*laris. Quid probant ex conditione quam sibi habet*  
*nexam, que in solum Deum referuntur, cui solum deponen-*  
*tia nostra constare potest.*

*Contraria vero sententiam tenent Nauar. in Man. cap.*  
*25. num. 77. vers. Decimus quinto, & ca. 27. num. 154. vñ-*  
*octauo dico, vbi assertit, veram esse censuram Ecclesiasti-*  
*cam. & Iacobus de Graffis, lib. 4. decisio, cap. 25. no. 14. &*  
*sicut Corona Confess. vbi supra, tit. de Susp. numero 8.*  
*Idemque pluribus assertat Couar. Clem. Si furiosus, par.*  
*1. §. 1. nu. 5. de homicid. & probat Nauarit, quia fabula*  
*formæ Donec peniteat, inuenitur in iure lata suspensiio in*  
*ingressu Ecclesiæ, ut in cap. si qui sunt, & ibi gloss. in verbo*  
*emendent, dist. 82. suspensiio autem ab ingressu Ecclesiæ*  
*non est iuris diuini, sed iuris Ecclesiastici; vnde consequit-*  
*est, eum si taliter suspensiis ante penitentiam celebra-*  
*retra Ecclesiæ, non violare suam suspensionem, que ei*  
*iuris Ecclesiastici, violare tamè illam, que est iuris diuini.*  
*Ex quibus etiam sequitur, eum si ante penitentiam in eccl-*  
*esiæ celebre, effici irregularem, quia violans suspensiionem*  
*ab ingressu Ecclesiæ irregularis est, vt habetur lac. is. 21.*  
*de senten. excommunic. lib. 6. His addo, suspensiio non*  
*nes in hoc secundo modo contentas, durate pro voluntate*  
*ipsius suspensi, non quod absolutori suspensi fit quan-*  
*diu sibi placet; sed quod in eius potestate fit exercere acce-*  
*per quem liberetur a suspensiione, faciendo id quod ini-*  
*ciata suspensiio continetur, scilicet penitendo, vel altius im-*  
*milem aetum faciendo.*

**17** *Circa tertium modum nulla est difficultas. Cum enim*  
*suspensiio relata sit in voluntate alterius, scilicet Pontificis*  
*aut Praelati, tamdiu suspensi erit, quamdiu ipsi Pontifici*  
*aut Praefati placebit. Illud tamen anotandum est, Pater-*  
*patatos pro sua meta voluntate non debere diuinas pote-*  
*re*

dere istam suspensionem, præsentim ex odio, ad assumendum vindictam, sed debere in hoc seculi prudenter gerere, tamdu hominem suspensum detinere, quamdu ad eius correctionem expedire iudicauerint; quandoquidem censure non sunt Ecclesiæ gladius ad iniurias priuatas viciendas, sed solum gladius medicinalis, iuxta ea, quæ habentur in cap. cum medicinalis, de sentent. excommun. lib. 6. & nouissime Synodus Tridentina sess. 25. de reform. cap. 3. admovit.

18 Quidam Quartum, & quintum suspendendi modos, nondum solum est, suspensiones has tamdu durare, quo usque ab habente facultatem relaxantur, nec alio modo tolli posse, quam per solutionem aut relaxationem. Differunt tamen hæc duæ, quod prior tota manet in latitudine suspensionis; posteri or vero, ut supra diximus, non nihil de natura priuationis, seu depositionis participat, vnde fit, ut posterior communiter non nisi per Sedem Apostolicam relaxari possit, & per hanc etiam difficile relaxatur, vnde euan consequens est, eam non nisi ex grauissima causa ferri debet, & ob eam tantum, quæ depositionem meret.

De Appellationis effectu in hac materia suspensionis. Cap. IX.

S V M M A R I V M .

1 Appellatio tam ante, quam post sententiam suspensionis fieri potest.

2 Appellatio ante sententiam suspensionis facta, illam annulat, & invalidam facit.

3 Appellationis natura est, ut vbi interposita fuerit, acta postea facta annulat.

4 Appellatio præcedens sententiam quibus in casibus sententiæ sequentem non suspendat.

5 Appellatio frustratoria iudicis auctoritatē non suspendit.

6 Appellationis remedium ad innoxios saluandos a iure introductum est.

7 Appellatio post latam sententiæ facta suspensionem ab officio, & ingressu Ecclesiæ non suspendit.

8 Suspensiones, quæ sunt de materia merè spirituali, per sequentem appellationem non suspenduntur.

9 Suspensio a beneficio per sequentem appellationem impeditur.

10 Beneficium non est quid merè spirituale.

11 Suspensio a Pontificib[us], an per sequentem appellationem impedita sit.

12 Suspensio, quoties dubium est an res sit spiritualis, necne, an per sequentem appellationem suspendatur.

13 Suspensio ab ingressu Ecclesiæ, & officiis diuinis, an aliquo casu per sequentem appellationem impeditur.

14 Appellatio sequens censuram, quæ effectum coniunctum habet, suspendere non potest.

15 Sententia semi-suspensa, valide interponi potest appellatio, ita ut elapsi termino suspensionis nulla sit sententia.

**Q**uoniam de appellatione nonnulla dicta sunt in materia excommunicationis, quæ etiam suspensioni accommodari possunt, ideo breuiter solum quid appellatio in ordine ad suspensionem operari potest, ostendendum est; & quia appellatio hæc, aut ante sententiam suspensionis, aut post eam interponi potest, de vira que dicimus.

2 Primo igitur appellatio, quæ sententiæ suspensionis præcedit, communiter non tam ipsam suspensionem sequentem suspendit, quam illam annulat prorsus, & inualidat, argum. cap. Ad hæc quoniam, de appell. & cap. cum contingat de officiis deleg. cap. per tuas, de sentent. excommun.

& cap. solet, tit. cod. lib. 6. & in cap. venerabilibus, eod. ut. & lib. Quibus in locis, sicut se mo sit de excommunicatio ne tam, idem tamē iudicium est de alijs censuris, arg. capi. Qæreniti, de verb. signific. & expresse docent glossi in cap. licet, in verbo, excommunicationis, de sentent. ex commun. lib. 6. Panorm. in cap. Ad hæc quoniam, num. 1. de appella. Tabiena, verbo suspensiō, num. 9. verf. 8. Angelica, in verbo suspensiō 3. numero 10. Sylvest. verbo, suspensiō, quæstione 3. Vgolin. Tab. 1. cap. 2. §. 23. numero 9. Eadem enim ratio in his omnibus censuris est, quæ ratio ex intrinseca natura ipsius appellationis desumitur, cuius hæc natura est, ut vbi interposita fuerit, ita manus iudicis liget, a quo appellatur, ut in illa causa progedi non possit, & si progreditur, acta communiter pro infectis habentur, ex eo, quod appellatione huiusmodi iurisdictionis virus impedit, atque suspendit, ut dixit Romanus Pontifex in cap. si a Judice, & ibi notat Gemin. num. 3. & ibidem etiam Franc. & DD. de appell. lib. 6. Dixi communiter, & non dixi semper, quia dantur aliqui casus, in quibus gesta post appellationem valida sunt, & consequenter appellatio præcedens sententiam sequentem non suspendit.

4 *Vnu est*, quando conceditur iudici, vel in iure, vel ex speciali mandato principis, ut in causa progrediatur post positiva appellatione, vt in Concil. Trident. sess. 23. de reforma. c. 18. verf. Deinde, & sess. 25. de regular. c. 13. & sess. 24. de reform. cap. 10. & alibi sèpè, id quod latius tradunt Felin. in cap. intellectus, de iudic. num. 13. & in capit. significaverunt, num. 19. de except. & Vgolin. de cens. Eccl. Tab. 2. cap. 16. §. 7. num. 3. Et licet ista Clausula omni appellatione remota vel Appellatione remota, vel Cum negatione audience, & aliae similes non sint semper talis efficacia, ut omnino prohibeant appellare, neque vt gesta post appellationem semper sint valida, itud iamen saltē operantur, ut sententia post appellationem prolatæ, non sit omni no ipso iure nulla, sed potius annullata; vnde quo usque declareret, sententia & censura standum est. Vbi tamen notandum est, quod cum Clausula hæc Appellatione remota ab inferiori ipso Principe addi non possit, argum. eorum, quæ dicit glos. in cap. fin. in verbo Figura, de hæret. lib. 6. & inquit Salicet. & Imola, relati a Felino in cap. significaverunt, num. 20. de except. ideo inferiores Romano Pontifice, aut Concilio Generali, ut Episcopi, ratione hæc censuram aliquam ferre non possunt, ut ait Felin. vbi supra; nam nec causas appellatione remota delegare poterunt.

5 Alter casus est, Quando appellatione est prorsus frustratoria & improbabilita, ut per iudicem ad quem sit appellatio, statim repellenda sit, quem casum notat Sylvest. verbo Suspensiō, num. 3. & facit cap. cum appellationibus, de appell. lib. 6. futilis enim appellatio iudicis iurisdictionem non suspendit, ut colligatur ex d. c. cum appellationibus, & idem colligitur ex cap. pastoralis, §. verum, iuncta glo. in verbo casu, & expresse Panormi, ibi, §. verum, num. 14. verf. Quædā piñum, de appell. vbi citat ad hoc d. ca. cum appellationibus, & c. Non solum de appell. lib. 6. Idem tradunt Marian. Socin. senior. in ca. Nulli, num. 40. verf. Decimo quero, de sentent. excommun. & Anchæ. in cap. solet, num. 3. de sent. excommun. lib. 6. & Vgol. Tab. 1. cap. 13. §. 18. num. 13. & denique id constat ex cap. 2. de appell. vbi citatur, Remedium appellationis a iure introductū ad innoxios subleuandos, alicui a religionis, & ordinis observationia exorbitanti, in sua inequità paroccimum exhibere non debere, & idem testatur Angelica in verbo, suspensiō, 3. nu. 10. vbi etiam citat Ber. & Holtensem, in cap. pastoralis, de appellat.

7 Secundo, Appellatio post latam sententiæ suspensionis, aliqua habet certa, aliqua dubia. Certum autem est, & ab omnibus concessionem, huiusmodi appellationem saltē in aliqua materia non suspendere censuram istam, ut patet ex cap. Ad hæc quoniam, de appellat. quo in loco, quamvis sermo proprius sit de interdicto communiter tamen a DD. idem indicatur de aliquibus suspensiōibus, & expressius, & magis in particulari id habetur in cap. is cui, §. tina. de sent. excommu. lib. 6. vbi in specie de termina.